UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est, Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V. Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium

**Pichler, Vitus**

**Augustae Vindel., 1733**

Approbatio Theologicæ Facultatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63440

Visual Library

# APPROBATIO THEOLOGICÆ FACULTATIS.

HAbes, Lector, Iliadem in Nuce, vel potiùs merum Nucleum ſine Nuce vel Cortice; tam enim multa, quæ ad Sacræ Jurisprudentiæ notitiam pertinent, támque breviter pertractat præſens tractatus, ut paucis abſolvat omnia; item tam ordinatè ac perſpicuè, ut vel Tyro facillimè poſſit aſſequi, nec non tam ſolidè, ut in difficillimis etiam controverſiis dubitationi vix locum relinquat; præterea tam circumſpectè, ut non modò contra Fidem & bonos mores peccet nullibi, ſed etiam per omnia tutò in praxim deduci queat. Sicut igitur *Candidatus Jurisprudentiæ Sacræ* ab hoc ipſo Clariſſimo Auctore, Facultatis noſtræ Theologicæ Collega Colendiſſimo, ante paucos annos prolixiori cala-

mo conſcriptus, & jam ſæpius iteratô typô vulgatus, famam ejusdem in- & extra Europam glorioſè circumtulit, ita idem *Candidatus* modò *Abbreviatus* ejusdem laudes, ut auguror, minimè abbreviabit, eò gratior futurus, quo brevior eſt, atque ideo & lectu & emptu facilior. Ita cenſet 14. Oct. 1730.

*MAXIMILIANUS FERDINANDUS IGNATIUS de PLANCK, SS. Theol. Doctor, Sereniſſ. Elect. Bavar. ac Reverendiſſ. & Celſiſſ. Princ. & Epiſc. Eyſtett. Conſiliarius Eccleſiaſt. Cathedralis Eyſtettenſis Canonicus, Controverſiarum Fidei Profeſſor Ordinar. ad Specioſam Virginem Parochus, nec non Univerſitatis Pro-Cancellarius, ac pro tempore Sacræ Facultatis Decanus.*

APPRO-